

11

28

29

30

31

32

33



1779.

28. Kann, Christianus Carolus: De compensatione
et retentione in concursu creditorum locum
habente.
29. Keerius, Laurentius Fridericus: De jure uxoris
in levigatione propter nuptias.
30. Keerius, Laurentius Fridericus: De periculis aggredi-
ntibus probato minorum inculpatae habentes
exceptioem dand probante
31. Koerner, Christian Gumpf: Quanti interst. Titularum
insprudians naturam ab ~~enarrare~~ universali
vivendi normas distingui?
32. Pohl, Christian Fridericus: De origine etiue fatis
praescriptiorum longiori temporis usque ad Todi-
nianum.
33. Pöhlmannus, T. L. I.: Prelatio de parte undeci-
mostri, lectio omnes actibus praemissa.
34. Pöhlmannus, T. L. I.: Instrutorum Insectorum De mureis.

1779.

35. Schott, Augustus Fridericus: De uane desertice
date sua ex regula quidem non semper
lumen privanda.

36. Schott, Augustus Fridericus: In manto uxoriue
hus et administratio in bonis uxoris minoris.
uis competit?

37. Schott, Augustus Fridericus: Observations juriis
Iuris.

38. Schwarzius, Fridericus Emmanuel: De Friderico Myconio,
Lypsiensis am apostolo.

39. Sezerus, Ioh. Thesophilus: Programma, quo solenniter
doctoralia huiusme die Thesophil. Starkiani inducit.

40. Strohmannus, Augustus Cornelius: Ad 1.33 d. de
rugalii et popillari substitutione commentatione

41. Strohmannus, Augustus Cornelius et Strohmannus
Cornelius Adolph: De pacifico immunitate.

42. Wieland, Ernestus Carolus: De Cestriis, Iure Luccari
J.R.J. verollifero.

1779.

93. Winkler, Carolus W. Thelius : Prescriptio iuris
lis & Instutis praeclarum quod aeraria publica
seminae impugnata.
94. Wolf, Carolus Gottfridus : Ins statutarium Lipsiæ.
de circa latitudine actatis
95. Zellerus, Frider. Gallus : De effectu clausuræ
cadici Maris
96. Zellerus, Frider. Gallus : De culpa ab hereticis
litterarum curatorum ne san ex factis laboris, quam
ex factis proprio conventio, praestanda.
97. Zellerus, Frider. Gallus : Utrum i j pendo Franco
feminae succendant?
98. Zellerus, Frider. Gallus : De effectu confessoris
corpo*m* iustici ethice inserto
99. Zellerus, Frider. Gallus : Observations practicæ



10172

AD
LEG. XXXIII. D. DE VVLGARI 13
ET PVPILLARI
S V B S T I T V T I O N E
COMMENTATIVNCVLA,

Q V A M


ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
P R A E S I D E
AVGVSTO CORNELIO STOCKMANNO
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE

D. VI. SEPT. C I C C C L X X I X

D E F E N D E T

G E O R G I V S P H I L I P P V S B V C K
C A M I Z A - S A X O

L I P S I A E
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .





Pupillarem, cuius in Ictorum voluminibus saepissime mentio fit, substitutionem in liberis tantummodo impuberibus et in patria potestate constitutis rite procedere, tam certi atque expediti iuris est, ut neque ignorent ii, qui vel leviter iuris civilis principia degustauerunt. Apud Romanos quidem, cum impuberes, quippe quibus nec comitii interesse permisum erat, testamenta facere non possent, quoniam nullum eorum animi iudicium censebaritur esse; patria in liberos potestas tanta, ac tam extensa fuit, ut, vel mortuo patre, vsque ad ipsam filiorum pubertatem posset exerceri. Qui enim impuberes filios suos heredes instituerant, veriti, ne intra pubertatis terminos decederent, suis filiorumque bonis ad alios delatis; illi profecto et sibi et filiis in casum, si puberes ii nondum facti decesserint, testamenta condebant. Soli patriae potestati id datum erat, non matri. Confirmatum hoc reddit pr. *Inst. de*

pupill. subſt. vbi legitur: liberis suis impuberibus, quos in potestate quis habet, ſubſtituere potest, vt, ſi heredes ei extiterint et adhuc impuberis mortui fuerint, ſit ei aliquis heres. — nam moribus institutum eſt, vt cum eius aetatis filii fint, in qua ſibi ipſi teſtamentum facere non poſſunt, parentes eis faciant. Conuenient cum his verba VLPIANI l. 2. D. de vul. et pup. subſt. moribus introductum eſt, inquietus, vt quis liberis impuberibus teſtamentum facere poſſit, donec masculi ad quatuordecim annos perueniant, foeminae ad duodecim: quod ſic erit accipiemendum, ſi fint in potestate. At vero omnia alia docere videtur AFRICANVS, qui de matre, filio ſuo ſubſtituente, loquitur, l. 33. D. de vulg. et pup. subſt. Scribi enim ille: ſi mater ita teſtetur, vt filium impuberem, cum erit annorum quatuordecim, heredem iſtituat, eique pupillaris tabulis, ſi ſibi heres non erit, aliud ſubſtituat: valet ſubſtitutio. Aduersari videntur haec legis verba iis, que paulo ante a nobis commemorata ſunt. Iuuat igitur, ne qua haec lex obſcuritate aut contradictione videatur laborare, in iſta Africani verba, oblatā hac ſcribendi opportunitate, non nihil commentari.

Ac primum quidem, qui locum hunc contendit eſſe obſcurum ac diſſicilem, FRANCISCVS DVARENVS in exposit. ad Tit. D. de vul. et pup. subſt. cap. XIV. exiſtimat, dati quoddam genus ſubſtitutionis extraordinarium, partim pupillaris, partim vulgaris, propterea, quoniam haec ſubſtitutio effectum habeat non diſſimilem ſubſtitutioni pupillari, et quamvis ſubſtitutio pupillaris non ſit omnino: proxime tamen ad illam accedat. Ponit nimirum hunc filium, cui eo modo ſubſtituerat mater, impuberem deceſſile, et affirmat ſubſtitutum ei ſuccedere, neque adita hereditate ante pubertatem excludi poſſe, quia mater filii iſtitutionem in id tempus, quo pubes factus fuerit, contrulifer. Statuerunt idem hoc vulgari modo ſubſtituendi genus, quod vim et effectum habeat pupillaris ſubſtitutionis, et quod duplex aut vulgari — pupillaris ſubſtitutio dicī poſſit, THEOD. MARCILIVS et IANVS A COSTA in comment. ad Inſt. h. t. In opinionem iſtam, niſi me omnia fallunt,

ad-

adducti sunt hi viri magni nominis a THEOPHILO, qui sic habet: ἔξει δὲ μέχρι πεπιλλαστὴν βελγασίαν, καὶ ποιησαὶ τὴν λεγομένην βελγασπεπιλλασίαν, ad quem locum duplicum hanc substitutionem esse FABROTTVS iam annotauit. Alter CVIACIVS. Is enim interpretatus hanc legem, misera hac substitutionis vulgari — pupillaris specie, in Tract. II. ad Africanum contendit, matrem in specie proposita filio substitutionem fecisse non in secundum casum, sed in primum, his verbis, *si heres non erit*, adeoque plane vulgarem esse, non pupillarem. Reclite quidem. Quomodo enim posset in atere facere tabulas pupillares filio, quem in potestate non habet? Ne igitur nimia proferentes lectruris fastidium creer commentatiuncula, tenendum est, in ista lege prorsus non de pupillari substitutione, locutum esse Africanum. Neque enim ibi filio substitutionem fecit mater, sed eum potius, *si quatuordecim annorum fuerit*, heredem instituit, quemadmodum substitutio pupillaris ipsa, magis prima institutio, quam substitutio videtur esse. Succeditur enim per illam non ei, qui testamentum fecit, et secundo gradu: sed pupillo, cui testamentum factum est, et gradu primo, perinde ac si pupillus ipse testamentum sibi condidisset. Praeterea vere Cuiacius, collata institutione in temporis pubertatis, haec verba, *si heres non erit*, sic accipit, si intra pubertatem decesserit. Vnde, si dicendum, quod res est, in ista lege, quam interpretandam nobis iumsimus, non pupillo, sed maiori, propter verba, *si quatuordecim annorum fuerit*, non pupillaris, sed vulgaris substitutio facta est. Neque opus est, ut ad nouam illam substitutionis vulgari — pupillaris speciem a Duareno aliquis tractis excogitatum redeamus, cum duae tantum substitutiones sint, si successionem spectemus: vulgaris, si in locum eius, qui heres non fuit, pupillaris, aut quasi pupillaris, si in locum eius, qui heres quidem fuit, sed testari non poterat, succeditur: quanquam interpretes tot gradus constituerint, tot species, tot diuisiones et subdivisioes excogitauerint, ut, quotiescumque eas percurro, muscarum praelium videre videar. Certum potius est atque exploratum,

apud Africanum hoc loco occurrere vulgarem substitutionem, quod e formula substitutionis: *si heres non erit*, quae ibi legitur, satis perspicuum est. Mater enim filio impuberi confusore cupiens, quoniam ipsi substituere haud poterat pupillari ter, sive intra annum decimum quartum, instituit eum heredem, cum pubes erit, sive annorum quatuordecim, ut: *Mae vius heres mihi es*: *filius meus impubes*, *cum erit annorum qua tuordecim, heres mihi es*. Haec substitutione pupillaris non est, sed Maevius filio hereditatem puberi restituer quasi ex fidei commissio. Neque enim pupillaris haec dici potest substitutione, quanquam eius effectum videatur habere, neque fideicommissaria, qua de §. vlt. Inst. h. t. praecipit: *extraneo vel filio puberi heredi, instituto, ita substituere nemo potest*, ut, *si heres extiterit, et intra aliquid tempus decederit, alias ei sit heres*: *sed hoc solum permisum est*, ut eum per fideicommissum testator obliget, *aliu hereditatem eius, vel totam, vel pro parte restituere*. Ocurrit noua dubitatio. Quid enim? nonne mentio sic: *pupillarum tabularum*, quas mater fecisse dicitur? habes igitur exemplum substitutionis pupillaris a matre factae: habes falsam exciratae legis, nec sat cohaerentem interpretationem. Dii, bona verba queso! In ipsis his tabulis pupillaribus, quas mater filio confecit, non pupillaris, sed vulgaris substitutione continetur, et ramen possunt dici pupillares. Ita autem vocatae fuerunt haec tabulae duplice potissimum ratione ab Africano, caue impropria. Ab ipso nimurum pupilli, cui mater in primum casum substituerat, nomine, aut obiecto, quoniam substitutione filio facta erat, dum adhuc esset in aetate pupillari; deinde vero, quia substitutione confertur in mortem impuberis, et in ea specie pupillaris substitutionis effectum quodammodo habet, certe quod ad bona matris attinet, ut recte monet illudque Africani responsum temperat. *CVIACIVS l. c.* ideo non male, inquiens, dituntur tabulae pupillares, quod sicut in casum mortis impuberis filii, antequam in suam tutelam venerit. Non substitutionis igitur, sed institutionis ratione pupillares nominantur, quia filius, in aetate adhuc pupillari constitutus, heres in testamento ma tris

tris scriptis fuerat. Ceterum notandum est, quod tales pupillares tabulae, quae et sub nomine *pupillaris testamenti*, et *testamenti impuberis filii* veniunt, a locis alias dicantur *tabulae secundae*, ab eo fortasse, quia substitutio pupillaris fieri solebat post paternas in secunda parte tabulas, et in ima cera, h. e. nouissima tabularum parte, seu extrema testamenti pagina. Id autem ex veteri Romanorum consuetudine, quibus moris erat in tabellis ceratis scribere, cognosci debet. Codex nimisrum, in quo testamentum scribebatur, plerumque ex binis, interdum etiam pluribus tabulis ceratis inuicem iunctis, constabat. Quae igitur *prima tabula* erat, in qua sc. testatoris et heredis nomen, illius in primo, huius in secundo verso scriptum legebatur, eam solebant *primam ceram* nominare. Vnde intelligi potest **HORATIVS lib. II. sat. 5. v. 53.**

quid prima secundo

Cera velit versu:

quam AURON recte per *primam tabulam* interpretatur, et PORPHYRIO, bene hoc, sit, et iuxta ordinem, quia prius testatoris nomen, deinde heredis. Pari ratione altera illa tabula, in qua secundi heredes plerumque scribi solebant, *secunda tabula*, vel *ima* aut *extrema cera* vocabatur, quanquam etiam in iisdem tabulis, in quibus primi heredis institutio facta erat, scribere licerer substitutiones. Deinde etiam ista pars testamenti consignanda erat propria plerumque cera, proprioque lino, quia eo, quemadmodum priori etiam testamenti parte, a parentibus cauebatur, ne ultimae tabulae, viuo et impubere adhuc filio, possent aperiri. Opus erat hac cautione, quoniam facile euenerre poterat, ut substituti pupillorum mortem exoptarent, et vitae eorum infidias struerent. Hoc certe HORATIVS, apud quem pupillaris substitutionis exemplum legitur, quique hereditatum captatores atro iam carbone notauit, satis significat **lib. II. sat. V. v. 48.**

*Arrepe officiosus, ut et scribare secundus
Heres, et si quis casus puerum egerit Orco,
In vacuum venias. perraro haec alea fallit.*

Vnde

VIII

Vnde etiam PERSIVS Sat. II. v. 12.

— Pupillumque vitinam, quem proximus heres
Impello, expungam! namque est scabiosus, et acri
Bile tumet.

Praeterea secundarum nomen possunt etiam, quemadmodum
videtur BARN. BRISSONIO, qui solemnes substitutionum
formulas lib. VII. de form. pop. Rom. collegit, inde accepisse
tabulae pupillares, quod primas h. e. patris tabulas sequerentur.
Cum enim, inquit ille, sibi prius, deinde filio pater testamen-
tum ficeret; testamentum patris primarum tabularum, seu pri-
mi testamenti, ut locum er ordinem, ita et nomen obtinebat,
pupillare et re et nomine in secundis consistebat, et secundi te-
stamenti nomen sortiebatur, adeo, ut testamentum, quod se-
cundas tabulas habebar, duplex esset, licet vi ipsa et effectu unum
testamentum censeretur. Sed haec missa sunt. Satis enim
jam occinit meus mihi HORATIVS:

Non ego ventosa plebis suffragia venor
Imperfis coenarum et tritae munere vestis.
Non ego nobilium scriptorum auditor et vltor
Grammaticas ambire tribus et pulpita dignor.



Leipzig, Diss., 1779 K-2

X 237 1913



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres

10172

AD

177940
13

LEG. XXXIII. D. DE VVLGARI
ET PVPILLARI
S V B S T I T V T I O N E
C O M M E N T A T I V N C V L A,

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

AVGVSTO CORNELIO STOCKMANNO
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE

D. VI. SEPT. C I C C L X X I X

D E F E N D E T

G E O R G I V S P H I L I P P V S B V C K
C A M I Z A - S A X O

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

